

hunc obsistam ne imprudenti huc ea se subrepsit mihi  
**Pal** M eus illic homo est. deturbabo iam ego illum depugnaculis.  
 v in iam faciam ut stultum te fateare. **Sec** age face  
**Pal** N eque te quicquid sapere corde neque oculis uti. **Sec** scio neque solarium  
 N eque ortum nisi per impluvium scio. **Pal** quid nunc si ea domi est.  
 S i facio ut eam hinc extra videas domo dignus es verberibus multis.  
**Sec** D ignus. **Pal** serua istas fores ne t eadem subterducat istinc atque huc  
 T ranseat. **Sec** consilium est ita facere. **Pal** pedes ego iam illam huc tibi  
 S istam inuia. **Sec** age dum ego face uolo scire utrum id ego quod  
 v idet uiderim. an ille faciat quod facturum dicit. ut ea sit domi.  
 N am ego quidem meos oculos habeo nec rogo utendos foris  
 S ed hic illi subparasitae semper. hic ei proximus  
 P rimus ad cibum vocat. primo pulmentum datur.  
 N am illic nollet est stercorale carere trienju.  
 N eque cuiquam quam illi nostra melior famulo familia.  
 S ed ego hoc quid ego. me agere oportet hoc observare hostium  
 H ic obsistam. hac quidem pollicetur uerba nunquam dabunt.

P ALESTRIO. PHILOCOMASIVM.

**P** Recepta facito ut memineris. **Phi** tolle monereturum est.  
**Pa** At metuo ut satis sis subdola. **Phi** ne doceto. memini  
 M ala ut sint male. mihi sola ego superstiti. **Pal** age iam nunc  
 I nsiste in dolis. ego abste procul recedam. o quid astas  
 S ecedite. **Sec** hanc rem gero. habeo auris. loquere quid uis.  
**Pal** E redo ego istuc extemplo tibi esse eundem aditum extra portam  
 D ispersis manibus patibulum cum habes. **Sec** quam nam ob rem.  
**Pal** R espice dum adleuam quis illic est mulier. **Sec** prohi dii immortales  
 h eri concubina est hec quidem. **Pal** mihi quoque polluta uidetur. **ita**  
 A ge nunc iam quid lubet. **Sec** quid agam. **Pal** peri perpropere.  
**Phi** v bi iste bonus seruus qui prodit me maxime innocentem  
 f also insimulatam. hem tibi. **Pal** hic mi id dixit. **Phi** tibi  
 Q uem dixi tute me uidisse in proximo hic scelerate osculante.  
**Pal** A eque cum alieno adolescentulo dixit. **Sec** dixi hercle tui  
**Phi** T un me uidisti. **Sec** atque his quidem oculis. **Phi** carebis credo  
 Q ui plus uident quam quod uident. **Sec** nunquam hercle deterebor  
 Q uin uiderim id quod uiderim. **Phi** ego stulta motor multum.  
 Q uis cum hoc insano fabulem. quem pol ego capitis perdam.